

Quae sunt partes poenitentiae?

†Distinctio partium poenitentiae oppugnata a Ie- Tres: contritio, fides, nova obedientia.
nensibus¹⁹² extat in Examine theologico, Corpore
doctrinae, fol. 793. et alibi passim.^{v193}

Quid est contritio?

Est vere expauescere agnitione irae Dei aduersus peccata nostra et dolere, 5
quod Deum offendimus.

Quid est fides?

„Fides“ est assentiri omni verbo Dei nobis tradito et in hoc promissioni grati-
ae et est fiducia promissae misericordiae, qua cor propter mediatorem et per
eum liberatur ex doloribus inferorum et accedit ad Deum et inuocat eum cla- 10
mans „abba Pater“¹⁹⁴ et hac vera consolatione acquiescit in Deo per Filium
dato Spiritu sancto.

Quid est noua obedientia?

Noua obedientia pro-[110:]prijssime est iuxta Pauli definitionem militare bo-
nam militiam, retinere fidem et bonam conscientiam.¹⁹⁵ 15

^{v-v} Marginalie nur in F, G.

¹⁹² Vgl. die „Warnung vor dem unreinen Catechismo“, D 4v–E 1r, unsere Ausgabe, Nr. 5: Warnung vor dem unreinen Catechismo (1571), 349f.

¹⁹³ Vgl. Philipp Melanchthon, Examen ordinandorum (1559), in: CR 23, 46. Die Seitenzählung bezieht sich auf die zeitgenössische Ausgabe: Corpus doctrinae, 793.

¹⁹⁴ Röm 8,15.

¹⁹⁵ Vgl. II Tim 4,7.